noe & ad ſimulachrũ ignium ardens Pharus. Tertius de Pharnace currus & Ponto. Quartus Iubã & Mauros: & his ſubactã oſtendebat Hiſpaniã. Pharſalia & Thapſos & Munda nuſq̃: & quãto maiora erãt de q̃bus non triũphabat? Hic aliq̃do finis armis fuit. Reliqua pax incruẽta / penſatũq; clementia bellũ / nemo cæſus impio pter Afraniũ: ſatis ignouerat ſemel: & Fauſtũ Syllam didicerat generoſum timere: filiãq; Pompei cũ patruelibus ex Sylla / hic poſteris cauebat. Itaq; non ĩgratis ciuibus oẽs unũ in prĩcipem cõgeſti honores circa templa / imagines ĩ theatro / diſtincta radiis corona: ſuggeſtus in curia / faſtigiũ in domo / menſis in cœlo / ad hoc pater ip̃e patriæ ppetuuſq; dictator. Nouiſſime dubiũ an ipſo uolente: oblata pro roſtris ab Antonio cõſule regni inſignia. Quæ omnia uelut inſulæ in deſtinatã morti uictimam cõgerebantur. Quippe clementiam principis uicit inuidia: grauiſq; erat liberis ipſa beneficiorum potentia. Nec diutius dilatio donata eſt. Sed Brutus & Caſſius aliiq; Patricii cõſenſerunt in cædẽ principis (quanta uis fati) manauerat late cõiuratio: libellus etiam Cæſari datus eodem die: nec perlitare centum uictimis potuerat: uenit ĩ curiam tamẽ expeditionem Parthicam meditans: ibi in curuli ſedentẽ eum ſenatus iuaſit tribuſq; & uiginti uulneribus ad terrã datus ẽ: ſic ille q terrarũ orbem ciuili ſanguine ĩpleuerat: tandẽ ip̃e ſanguĩe ſuo curiã ĩpleuit.

## CESAR AVGVSTVS. TI. III.

POpulus Romanus Cæſare & Põmpeio trucidatis: rediiſſe ĩ ſtatum priſtinæ libertatis uidebatur: & redierat: niſi aut Pompeius liberos: aut Cæſar hædedẽ reliq̃ſſet: Vel qđ utroq; perniciosius fuit: ſi nõcollega quondã / mox emulus Cæſarianæ potentiæ fax / & turbo ſequẽtis ſeculi ſupfuiſſet Antonius: Quippe dũ Sextus paterna repetit / trepidatũ toto mari: dũ Octauius mortẽ p̃ris ulciſcit̃. Iterũ fuit mouẽda Theſſalia: dũ Antõius uarius ĩgenio aut ſucceſſorẽ Cæſaris indignatur Octauiũ / aut amore Cleopatræ deſciſcit ĩ regem nam aliter ſaluus eſſe non potuit: niſi confugiſſet ad ſeruitutem: Gratulandũ tñ in tanta pturbatiõe eſt / q; potiſſimũ ad Octaui

um Cæſarem Auguſtũ ſumma rerum rediit: q ſapiẽtia ſua atq; ſolertia: ꝑculſum undiq; & perturbatũ ordinauit impii corpus ꝗ ita haud dubie nunq̃ coire & cõſentire potuiſſet: niſi unius pſi dis nutu/ quaſi aĩa & mente regeret. Marco Antonio & Publio Dolobella conſulibus impium Romanũ iam ad Cæſares tranſferente fortuna: uarius & multiplex motus ciuitatis fuit quodq; ĩ annua cœli cõuerſiõe fieri ſolet: ut mota ſydera tonẽt ac ſuo flexu tẽpeſtate ſignificẽt: ſic cum Romanæ dominatõis. i. humani generis cõuerſione penitus ĩtremuit/ omniq; genere diſcriminũ ciuilib⁹ terreſtrib⁹: ac naualib⁹ bellis oẽ ĩperii corpus agitatũ ẽ.

## BELLVM MVTINENSE. TI. IIII.

PRima ciuilium motuũ cauſa teſtamentũ Cæſaris fuit: cuius ſecũdus hæres Antonius ꝑlatum ſibi Octauiũ furens: inexpiabile contra adoptionẽ acerrimi iuuenis ſuſceperat bellum/ Quippe cũ ĩtra. x. &. viii. annos teneꝶ obnoxium & opportunũ iniuriæ iuuenem uideret ipſe plane & cõmilito Cæſaris dignitatẽ laceraret: furtis hæreditatem: ipm inſectari ꝓbris: & cunctis artibus cooptationem Iuliæ gentis cũ inhibere nõ deſineret. Deniq; ad deprimẽdum iuuenẽ: palã arma moliri: & parato exercitu in Ciſalpina Gallia reſiſtentem motibus ſuis Decium Brutum obſidebat/ Octauius Cæſar ætate & iniuria fauorabilis & noĩs maieſtate: ꝗ ſibi induerat/ Reuocatis ad arma Veteranis: priuatus (ꝗs crederet?) cõſulem aggreditur: obſidione Mutinæ liberat Brutum. Antonium exuit caſtris: tum quidem etiam manu pulcher apparuit. Nam cruentus & ſaucius aquilam a moriente ſignifero traditam: ſuis humeris in caſtra referebat.

## TRIVMVIRATVS. TI V.

C Vm ſolus etiã grauis paci: grauis Reipublicæ eſſet Antonius: quaſi ignis incẽdio Lepidus acceſsit: qa contra duos exercitus neceſſe fuit uenire incruentiſſimi fœderis ſocietatẽ/ diuerſa oĩum uota incendia: Lepidum diuitiarꝝ cupido: quarum ſpes ex turbatiõe Reipublicæ. Antonium ultiones de his: q ſe hoſtem iudicaſſent. Cæſarẽ inultus pr̃ & manibus eius graues Caſsius & Brutus agitabant In hoc uelut fœdus/pax inter tres duces componit̃. apud Cõfluentes inter Peruſiam & Bononiã iungũt manus: & exercitus cõſalutãt: nullo bono more triũuiratus ĩuaditur. Oppreſſa armis Republica. Redit Syllana ꝓſcriptio. cuius attrocitas nihil in ſe minus habet q̃ numerum. cxl. ſenatorꝝ/exitus fœdi: truces: miſerabiles/ toto terrarũ orbe fugientium Pro qbus quis ꝓ indignitate rei non ingemiſcat? Cũ Antonius cõcedente Cæſare auũculum ſuũ/ Lepidus Lutium Paulũ ſuum fratrẽ proſcripſerit. Rome capita Cæſorum ꝓponere in roſtris iam uſitatũ erat. Verũ ſic quoq; ciuitas lachrymas tenere nõ potuit: cum recisum Ciceronis caput in illis ſuis roſtris uideret̃. nec aliter ad uidẽdum eum: q̃ ſolebat ad audiendum/ concurreret̃. Hæc ſcelera ĩ Antonii Lepidiq; tabulis. Cæſar percuſſoribus patris contentus fuit. Hæc quoq; niſi multa fuiſſet/etiã iuſta cædes haberet̃. A. l. ab his. Liui. li. c xx. habet c xxx.

## BELLVM CASSII ET BRVTI. TI. VI.

B Rutus & Caſsius ſic Cæſarem. quaſi Tarquinium regẽ depuliſſe regno uidebant̃. Sed libertatem quã maxime reſtitutã uoluerunt: illo ipſo parricidio ꝑdidere: Igitur cæde ꝑfecta: cũ ueteranos Cæſaris nec ĩmerito timerent: ſtatim e curia in Capitoliũ confugerãt. Nec illis ad ultionem deerat animus: ſed ducẽ nõ habebant: Igit̃ cum appareret quæ ſtrages Reipu. ĩmineret/ diſplicuit ultio cũ cõſulis abolitione decreta. Ne tamẽ publici doloris oculos ferrẽt: in prouincias ab illo ipſo quẽ occiderant Cæſare datas/ Syriam & Macedoniam cõceſſerant. Sic uindicta Cæſaris delata potius q̃ oppreſſa eſt, Igit̃ ordinata magis ut poterat: quam ut decebat ĩ

triumuiros Republica/relicto ad urbis p̄ſidium Lepido. Cæſar
cum Antonio in Caſsium Brutumq; ſuccingitur. Illi cõparatis
ingentibus copiis eandem illam: quæ fatalis. Gn. Pompeio fuit
harenam inſederant. Sed nec tum ĩminentia cladis deſtinatæ ſi/
gna latuere: Nam & aſuetæ cadauerũ pabulo uolucres/caſtra q̄ſi
iam ſua circũuolabant. In acie ꝓdeuntibus obuius Ethiops ni/
mis aperte ferale ſignum fuit. Ipſiq; Bruto per noctẽ cum illato
lumine ex more aliqua ſecũ agitaret/ atra quedam imago ſe ob/
tulit: & quæ eſſet interrogata: tuus inquit malus Genius: *hoc di/
xit*/& ſub oculis mirantis euanuit. Pari ĩ meliora p̄ſagio in Cæ/
ſaris caſtris oĩa. aues: uictim æq; ꝓmiſerant. Sed nihil illo p̄ſen/
tius q̄ Cæſaris medicus ſomnio admonitus: ut Cæſar caſtris ex
cederet: quibus capi ĩminebat ut factũ eſt. Acie nãq; commiſſa
cum pari ardore aliq̄diu dimicatũ foret: & quamuis duces non
eſſent tunc preſentes cum alterꝝ corporis egritudo: illum metus
& ignauia ſubduxiſſent/ ſtaret tamen ꝓ partibus inuicta fortu/
na: & ultoris: & qui uĩdicabat̃. Primum adeo anceps fuit & par
utrumq; diſcrimẽ: ut exitus p̄lii docuit: Capta ſunt hic Cæſaris
caſtra: inde Caſsii. Sed quanto efficatior eſt fortuna q̄ uirtus: &
quam uerum eſt. Quod moriẽs efflauit/ Non ĩ re ſed & ĩ uerbo
tantum eſſe uirtutẽ. uictoriam illi prælio error dedit Caſsius in/
clinato cornu ſuorum cum captis Cæſaris caſtris rapido impe/
tu recipientes ſe eq̃tes uideret. fugere arbitratus/euadit in tumu/
lum. inde puluere & ſtrepitu etiam nocte uicina eximentibus ge
ſtæ rei ſenſum/cum ſpeculator quoq; in id miſſus tardius renun
ciaret: tranſactũ de partibus ratus: uni ex proximis auferẽdum
præbuit caput. Brutus cum ĩ Caſsio etiam ſuũ animum perdiſ/
ſet: nequid ex cõſtituti fide reſignaret. ita. n. par ſupereſſe bello
cõuenerat. ipſe quoq; uni cõmitum ſuorum confodiendũ præ/
buit latus. Quis ſapiẽtiſsimos uiros nõ miret̃: ad ultimũ nõ ſu/
is manibus uſos: niſi hoc quoq; ex perſuaſione non defuit ne ui/
olarent manus: ſed in abolitione ſanctiſsimaꝝ pientiſsimarũq;
animarum iudicio ſuo ſcelere alieno uterentur.

## BELLVM PERVSINVM. TI. VII.

Lterum bellũ concitauit agrorũ diuiſio: quos Cæ-
A ſar ueteranis ĩ caſtris ꝓcium militiæ pſoluebat. ſem-
per aliter Antonii peſſimũ ingenium gladio cincta
uirilis militiæ uxor agitabat: Ergo depulſos agris
colonos incitãdo iterũ in arma ierat. Hic uero iam nõ priuatis:
ſed totius ſenatus ſuffragiis iudicatũ hoſtem Cæſar aggreſſus
intra Peruſiæ muros redegit: compulitq; ad extrema deditõis|
turpi & nihil non experta fame.

## BELLVM CVM SEXTO POMPEIO. TI. VIII.

Vblatis percuſſoribus Cæſaris ſuperat Pompei do-
S mus: alter iuuenũ in Hiſpania occiderat: alter fuga
euaſerat. cõtractiſq; ĩfœlicis belli reliquiis. cũ inſup
ergaſtula armaſſet: Siciliã Sardiniamq; habebat. iã
& claſſe mediũ mare inſederat. O ꝗ diuerſus a patre: ille Cilicas
extinxerat. hic ſecum Pyratas nauales agitarat. Tanta mole bel-
li penitus in Siculo freto iuuenis oppreſſus eſt. Magniq; famam
ducis ad inferos ſecũ tuliſſet ſi nihil tentaſſet ulterius nihil niſi ꝙ
magne indolis ſignum eſt ſperare ſemper. Perditis enim rebus
ꝓfugit/Aſiãq; uelis petit uenturus ibi in manus hoſtiũ: & cathe-
nas & ꝙ miſerrimũ eſt fortibus uiris: ad hoſtium arbitrium ſub
ꝑcuſſore moriturus. Nõ alia poſt Xerxem miſerabilior fuga qp-
pe modo trecentaꝝ quinqꝫginta nauiũ dominus. cũ ſex ſeptẽue
fugiebat/extĩcto ꝓtorie nauis lumine: ãnulis in mare obiectis pa-
uens atq; reſpectãs. & tamen nõ timens ne periret.

## BELLVM PARTHICVM DV-
## ce Ventidio. Titulus. VIIII.

Vamuis ĩ Caſſio & Bruto partes ſuſtuliſſet/ in Põ-
Q peio totum partiũ nomẽ aboleſſet/nõdum tamẽ ad
pacis ſtabilitatẽ ꝓfecerat Cæſar. cũ ſcopulus & no-
dus & ĩ ora publicæ ſecuritatis ſupeſſet Antonius: nec ille defuit
uitiis quin periret. Imo oĩa exptus ambitu & luxuria primũ ho-
ſtes: deinde ciues. tandẽ etiã terræ ſæculũ liberauit. Parthi clade
Craſſiana altius aĩos erexerãt/ ciuileſq; P. R. diſcordias læti ac-

ceperant: Itaq; ut prima affulſit occaſio nō dubitauerunt erūpere. ultro qdem inuitante Labieno: q miſſus a Caſsio Brutoq;: q furor ſcelerū! ſollicitauerat hoſtes in auxiliū: & illi Pacoro duce
Liui.li.c xx regio iuuene/ diſsipāt Antoniana pſidia/ Caſca legatus ne ueni
vii. Didiū ret in poteſtatē a gladio ſuo īpetrauit. Deniq; ablata Syria ema
Saxā illum nabat latius malum: hoſtibus ſub auxilii ſpem ſibi uincentibus:
nominant niſi Vētidius & hic legatus Antonii incredibili fœlicitate: & La
nō Caſcā. bieni copias: ipſumq; Pacoꝝ: & omnem Parthicum equitatum toto īter Orontē & Euphratem ſinu late cecidiſſet. Viginti amplius miliū fuit. Nec ſine conſilio ducis: qui ſimulato metu adeo paſſus eſt caſtris ſuccedere: dōec aſſumpto iactus ſpacio: adimeret uſum ſagittaꝝ: Rex fortiſsime dimicans cecidit. Mox circūlato eius per urbes quæ deſciuerant capite/ Syria ſine bello recepta. Sic Craſsianā cladem Pacori cæde penſauimus.

## BELLVM PARTHICVM CVM ANTONIO. TI. X.

E Xpertis inuicem Parthis atq; Romanis: cum Craſſus atq; Pacorus utrinq; uirium mutuaꝝ documenta feciſſent: pari rurſus reuerentia ītegrata amicitia. & quidem ab ipo fœdus Antonio cū rege pcuſſum Sed immenſa uanitas hoīs.: dum titulorum cupidie Araxem &
A. li. Labi. Euphratem ſub imaginibus ſuis legi cōcupiſſet. Neq; cauſa: nec conſilio: ac ne imaginaria qdem belli conditione: q̄ſi hoc quoq; ex arte ducis eſſet obrepe: relicta repente Syria in Parthos impetum facit/ Gens pter armoꝝ fiduciam ſimulat trepidationem & in campos fugam/ Hic ſtatim q̄ſi uictor ſequebatur: cum ſubito nec magna hoſtiū manus ex improuiſo etiā in feſſos uia/ ſub ueſpere uelut nimbus erupit/ & miſsis undiq; ſagittis duas legiōes operuerūt: Nihil acciderat in cōparationem cladis: quæ i poſterum diem īminebat: niſi īteruenīſſet deū miſeratio. Vnus ex clade Craſſiana: Parthico habitu: caſtris adequitat: & ſalute latinæ data/ cum fidē ipſo feciſſet: quid īmineret edocuit: iam affuturū cum oībus copiis regem: irent retro: peterētq; mōtes. ſic quoq; hoſtem fortaſſe nō defore: atq; ita ſecuta ē minor uis hoſtium: q̄ īminebat. Adfuit tame: deletæq; reliquæ copiæ forent niſi urgē

tibus telis ĩ modum grãdinis q̄dam ſorte quaſi docte procubuiſ
ſent in genua milites: & elatis ſuper capita ſcutis cæſoꝝ ſpeciem
præbuiſſent: tū Parthus arcus ĩhibuit: deinde Romani cū ſe rur
ſus extuliſſent: adeo res miraculo fuit: ut unus ex barbaris: Miſe
rit uocem. Ite & bene ualete Romani merito uos uictores fama
gentium loquit̄: qui Parthoꝝ tela fugiſtis. Non minor ex aqua
poſtea: quã ab hoſtibus excepta clades/ infeſta prium ſiti regio/
cum q̄buſdam Salmacidis fluuius infeſtior/ nouiſſimeq; cum
iam ab ĩualidis & auide hauriebat̄: Noxiæ etiam dulces fuere.
Mox & ardores per Armeniam & niues per Cappadociam &
utriuſq; cœli ſubita mutatio pro peſtilētia fuit. Sic uix tertia par
te de. xvi. legionibus reliqua cū argētum paſsim dolabris con
cideret: & ſubinde ĩter moras mortem a gladiatore ſuo flagitaſ
ſet. egregius imperator tandē profugit in Syriam: ubi incredi
bili quadam mentis uecordia ferocior aliquanto factus eſt: qua
ſi uiciſſet quĩ euaſerat.

## BELLVM CVM ANTONIO & Cleopatra. Tit. XI.

F Vror Antonii quatenus ꝑ ambitum nō interiret/ &
luxu & libidine extinctus eſt: Quippe poſt Parthos
cum exoſus arma: in otio ageret: captus amore Cle
opatræ quaſi bene geſtis rebus in regio ſe ſinu reſi
ciebat. Hæc mulier Egyptia ab ebrio imꝑatore ꝑcium libidinū/
Romanum imperiū petit: & ꝓmiſit Antonius: q̄ſi facilior eſſet
Partho Romanus. Igitur dominationem parare nec tacite: ſed
patrie nōis/ togæ faſcium oblitus: totus in monſtrū illud: ut mē
te/ ita animo quoq; cultuq; deſciuerat. Aureum ĩ manu baculū/
ad latus: & in acie purpurea ueſtis/ ingentibus oſtricta gemmis/
diadema aderat: ut regina rex ipſe frueret̄: Ad primam nouorū
motuū famam/ Cæſar a Brūduſio traiecerat: ut ueniēti bello oc
curreret: poſitiſq; caſtris in Epyro Leucadem inſulã montemq;
Leucadem: & Ambracii ſinus cornua infeſta claſſe ſuccinxerat.
Nobis. cccc. amplius naues. cc. nō minus hoſtiū. ſed numerum
magnitudo penſabat. Quippe a ſenis in nouenos remoꝝ ordi

nibus, ad hæc turribus atq; tabulatis alleuatæ caſtellorꝫ & urbiũ
ſpecie: nõ ſine gemitu maris/ & labore uentorum ferebanť: quæ
quidẽ ipſa moles exitio fuit. Cæſaris naues a triremibus i ſenos
nec amplius ordines creuerãt. Itaq; habiles in omnia: quæ uſus
poſcebat: ad impetus: & recurſus: flexuſq; capiẽdos. Illas grauis
& ad oĩa præpeditas/ ſingulas/ plures adortæ: miſsilibus ſimul:
tum roſtris: ad hoc ignibus iactis ad arbritriũ diſsipauere. Nec
ulla re magis hoſtilium copiarꝫ apparuit magnitudo: q̃ poſt ui/
ctoriam Quippe imenſa claſsis naufragio belli facto/ *toto ma/
ri ferebať*/ Arabumq; & Sabeorum & mille aliarꝫ gẽtium Aſiæ
ſpolia: Purpuram aurũ que/ in ripam aſsidue mota uẽtis maria
reuomebãt. Prima dux fugæ regina: cũ aurea puppe: ueloq; pur
pureo ſe in altum dedit: Mox ſecutus Antonius: ſed inſtare ueſti
giis Cæſar. Itaq; nec præparata in Oceanum fuga: nec munita
præſidiis utraq; Egypti cornua Parethoniũ atq; Peluſium ꝑfu/
ere/ Proppe manu tenebanť. Prior ferrum occupauit Antonius.
Regina ad pedes Cæſaris prouoluta tentauit oculos ducis fru/
ſtra. Nam pulchritudo intra pudicitiam principis fuit. Nec illa
de uita quæ offerebať: ſed de parte regni laborabat. Quod ubi
deſperauit a principe: ſeruariq; ſe triumpho uidit: incautiorem
nacta cuſtodiam: in Mauſeolum ſe (ſepulchra regum ſic uocant)
recepit/ Vbi maximo (ut ſolebat) induta cultu/ in differto odori/
bus ſolio iuxta ſuum ſe collocauit Antonium/ admotiſq; ad ue/
nas ſerpentibus: ſic morte quaſi ſomno ſoluta eſt.

## BELLA ADVERSVS GEN/ tes Exteras. Tit. XII.

H Ic finis armorꝫ ciuilium. Reliq̃ aduerſus exteras gẽ
tes. Quæ diſtricto circa mala ſua imperio/ diuerſis
orbis oris emicabãt. Noua q̃ppe pax: nec dũ aſſue/
tæ frenis ſeruitutis/ tumidæ gẽtium infl atæq; ceru/
ces ab ĩpoſito nuꝑ iugo reſiliebant. Ad ſeptentrionẽ cõuerſa fer/
me plaga ferocius agebat. Norici: Illirii: Pannonii. Dalmatæ.

Myſii. Thraces: & Daci. Sarmatæ atq; Germani. Noricis aĩos
dabãt alpes atq; niues: ꝙ bellũ nõ poſſet aſcendere. Sed oẽs illi/
us cardinis populos Brẽnos Senõnes atq; Vindelicos: p priui/
gnũ ſuum Claudiũ Druſum pacauit. Quæ fuit callidaꝝ gentiũ
feritas: facile uel mulieres oſtẽdere: quæ deficiẽtibus telis infan/
tes ipos afflictos humo: ĩ ora militũ aduerſa miſerũt. Illirii quo/
q; ſub alpibus agũt: imaſq; ualles earũ & q̃dam quaſi clauſtra cu
ſtodiunt/ abruptis torrẽtibus implicati: in hos expeditionẽ ipſe
ſumpſit: fieriq; pontẽ imperauit. Hic ſe & aq̃s & hoſte turbanti/
bus cunctanti ad aſcẽſum militi ſcutũ de manu rapuit. & in uia
primus: tũc agmine ſecuto cũ Illiricus multitudine pontẽ ſucci/
diſſet: ſaucius manibus ac cruribus ſpecioſiore ſanguine: & ipſo
A periculo Auguſtior: terga hoſtiũ pcetidit. Pãnonii duobus ſalti
bus: ac tribus fluuiis Drauo Sauo Hiſtroq; uallantur: populati
proximos/ Intra ripas ſe recipiebãt. In hos domãdos Vibium
miſit. cæſi ſunt in utriſq; fluminibus: arma uictoꝝ/ non ex more
belli cremata/ ſed capta ſunt: & ĩ profluentes data: ut cæteris qui
reſiſtebant: uictoria ſic nunciaretur. Dalmatæ plærumq; ſub ſil/
uis agunt. Inde ad latrocinia promptiſsimi. Hos iam quidem
Marius incenſa urbe Delminio quaſi detrũcauerat. Poſtea Aſi/
nius Pollio/ gregibus/ armis/ agris mulctauerat/ hic ſecundus o/
rator. Sed Auguſtus perdomãdos Vibio mandat qui efferum
genus fodere terras coegit. aurumq; uenis repurgare ꝙ alioqui
gens omnium cupidiſsima ſtudioſa diligentia acquirit: ut illud
in uſus ſuos ſeruare uideat̃. Myſii quam feri: quã truces fuerint.
quam ipſorum etiam Barbari Barbarorum horribile dictu eſt.
Vnus ducũ ante aciem poſtulato ſilẽtio. Qui uos inq̃t eſtis? Re/
ſponſum inuicẽ. Romani gentiũ domini: & illi/ ita inqunt fiet:
ſi uos uiceritis. Accepit omen Martius Craſsus. Illi ſtatim ante
aciem imolato æquo cõcepere uotum: ut cæſorum extis ducum
& litarent & ueſcerentur. Deos Audiſse crediderim: nec tubam
ſuſtinere potuerunt. Non minimum terroris incuſsit barbaris
Chonidius cẽturio ſatis Barbaris efficacis/ tamẽ ap̃ pares hoĩes
ſtoliditatis. qui focum gerens ſup caſsidẽ/ ſuſcitatã motu corpo/
B ris flammam uelut ardẽti capite fundebat. Ante hos Thracum

maximus populus deſciuerat. Ille Barbarus /& ſignis militaribꝰ
& diſciplina/ armis etiam Romanis aſſueuerat. Sed a Piſõe per-
domiti/in ipſa captiuitate rabiem oſtendere/ꝗppe cum cathenas
morſibus tẽtarent: feritatẽ ſuam ipſi puniebant. Daci montibus
inhærẽt Cotiſonis regis imperio: quotiẽs concretus ĩ gelu Da-
nubius iũxerat ripas/decurrere ſolebant/& uicina populari/Vi-
ſum eſt Cæſari Auguſto gentẽ aditu difficillimam ſubmouere.
Miſſo igitur Lẽtulo ultra ulteriorem repulit ripam: citra ꝑſidia
conſtituit. Sic tũc Dacia non uicta ſed ſummota atq; dilata eſt.
Sarmatæ patentibus cãpis inquietãt/& hos per eundẽ Lentulũ
prohibere Dannubio ſatis fuit: nihil ꝑter niues raraſq; ſiluas ha-
bent/tanta barbaria ẽ: ut pacẽ non intelligant. Germaniã quo- G
q; utinã uincere tanti: nõ putaſſet magis turpiter amiſſaeſſ/ quã
glorioſe acqſita: ſed q̃tinus ſciebat patrem ſuũ Cæſarem bis tra-
iecto ponte Rheno/ quæſiſſe bellũ. In illius honorem concupiit
facere ꝓuinciam: & factum erat: ſi Barbari tã uitia noſtra/quam
imperia ferre potuiſſent. Miſſus ĩ eam ꝓuinciam Druſus prios
domuit Vſipetes. ĩde Tencatheros ꝑcurrit & Cattos. Nã Mar-
comanorꝫ ſpoliis inſignibus quendã editum tumulũ introphei
modũ excoluit. Inde ualidiſsimas nationes Cheruſcos. Sueuos
& Sicambros pariter aggreſſus eſt. Qui. xx. centurionibus icre-
matis hoc uelut ſcſo ſumpſerant bellũ. Adeo certa uictoriæ ſpe
ut ꝑdam ĩ anteceſſum pactiõe diuiſerint. Cheruſci/equos Sueui
aurum & argentum. Sicambri captiuos elegerãt: ſed oia retror-
ſum. Victor namq; Drurſus equos. pecora: torques eorꝫ: ipſoſq;
preda diuiſit & uendidit. Præterea in tutelã ꝓuinciæ ꝑſidia atq;
prouĩcias ubiq; diſpoſuit. Per Moſam flumen ꝑ Albim: per Vi-
ſurgim ꝑ Rheni quidem ripam/quinq̃ginta amplius caſtella di-
rexit Bonnã & Geſoniã cũ põtibus iunxit. claſsibuſq; firmauit
ſuium atq; ĩ acceſſum ĩ id tempus Hyrcinium ſaltum paeteſcit.
Ea deniq; in Germania pax erat: ut mutari hoĩes/alia terra/cœ-
lũ ipſum mitius molliuſq; ſolito uiderẽt. Deniq; non per adula-
tionem ſed ex meritis defuncto ibi fortiſsimo iuuene: ipſi qđ nũ-
quam aliter/ ſenatus cognomen ex prouincia dedit. Sed diffici-
lius eſt prouincias obtinere: quam facere/uiribus parantur: iure

retinentur. Igitur breue id gaudium fuit. Quppe Germani ui-
cti magis quam domiti erãt. moreſq; noſtros: magis quam ar-
ma ſub impatore Druſo ſuſcipiebant/poſtq̃ ille defunctus ẽ Va-
ri Quĩtilii libidinem ac ſuperbiã: haud ſecus: q̃ ſæuiciam odiſſe
cœperunt. Auſus ille agere conuentũ & ĩ caſtris ſe direxerat. q̃ſi
uiolentiam Barbaroꝝ & lictoris uirgis & p̄conis uoce poſſet in-
hibere. At illi q iam pridẽ rubigine oblitos enſes/inerteſq; cerne-
rent equos: ut primũ togas & ſæuiora armis iura uiderũt. duce
Arminio arma corripiũt. Cum interim tãta erat Varo pacis fi-
ducia: ut ne p̄dicta quidem & ꝓdita per Segeſtẽ unum ducũ/cõ-
ſiguratione cõmoueret. Itaq; inprouidũ & nihil tale metuentẽ
ĩprouiſo adorti: cum ille( o ſecuritas)ad tribunal citaret/undiq;
inuadũt: caſtra rapiunt: tres legiones opprimunt. Varus perdi-
tas res eodem quo Cannẽſem diẽ Paulus & fato ẽ & aĩo ſecutus
D Nihil illa cæde p paludes perq; ſiluas cruentius: nihil inſultatiõe
Barbarorũ intollerãtius: p̄cipue tamen in cauſaꝝ patronos: ali-
is oculos: aliis manus amputabãt. unius os ſutum/ reciſa prius
lingua quã ĩ manu tenẽs Barbarus tandẽ inq̃t. Vipera ſibilare
deſiſte. Ipſius quoq; cõſulis corpus/ quod militum pietas humi
abdiderat: effoſſũ. Signa & aquilas duas adhuc & Barbari poſ-
ſident: tertiam ſignifer priuſq̃ in manus hoſtium ueniret euulſit:
merſaq; intra baltei ſui latebras gerens ĩ cruenta palude ſic latu-
it. Hac clade factum/ut imperiũ quod in littore Oceani non ſte-
terat in ripa Rheni fluminis ſtaret. Hæc ad ſeptentrionem. Sub
meridiano tumultuatũ magis q̃ bellatũ ẽ. Muſulanios atq; Ge- Maſeſylios
tulos accolas Sirti Coſſo duce compeſcuit: unde illi Getulici co- forte legen-
gnomen. Latius uictoria patet. Marmãidas atq; Garamantas dum eſt.
Turmio ſubigẽdos dedit. Potuit & ille redire Marmaricus. ſed
modeſtior in eſtimãda uictoria fuit. Ad orientem plus negocii
Cum Armenis: huc alterũ Cæſar ex nepotibus ſuis miſit ambo
fato breues ſed alter ĩglorius: Maſsiliæ q̃ppe Lutius morbo ſol-
uitur. In Licia Caius ex uulnere cũ Armeniã ad Parthos ſe ſub-
trahentẽ recepit. Armenios uicto rege Tigrane in hoc unũ ſer-
uitutis genus Põpeius aſſueuerat: ut rectores a nobis acciperẽt
Intermiſſum ergo ius: p hunc recuperatũ: non incruẽto nec iul-

to tamen certamine. Quippe Domnes quẽ rex Artaxates ꝑfece-
rat. ſimulata ꝓditione adortus uirꝗ intentũ libello: quẽ ut the-
ſaurorꝫ rationẽ continentẽ ipſe porrexerat. ſtricto ferro cruẽtus
ex uulnere in tpus. Cæterꝫ Barbarus undiqꝫ infeſto exercitu op-
preſſus/gladio & pyra in q̃ ſe ꝑcuſſus imiſit ſupſtiti etiam Cæſa-
ri ſatiſfecit. Sub occaſu pacata fere erat oĩs Hiſpania niſi quo Py-
renei deſinentis ſcopulos inherẽtem citerior alluebat Oceanus:
Hic duæ ualidiſſime gẽtes Cantabri & Aſtures imunes imperi- E
it agitabant. Cantabrorꝫ & prior & altior: & magis ꝑtinax i re-
bellando aĩus fuit: Qui non cõtenti libertatẽ ſuã defẽdere: pro-
ximis etiã iperitare tentabant. Vacceoſqꝫ & Carmos & Aurico-
nas crebris icurſionibus fatigabãt in hos igiẽ quia uehemẽtius
agere nunciabaẽ: non mãdata expeditio: ſed ſumpta eſt ipſe ue-
nit Sageſama caſtra poſuit. inde partito exercitu totã in diẽ am-
plexus Cantabriã efferam gentem ritu ferarꝫ q̃ſi indagine debel-
labat. Nec ab Oceano quies: cũ infeſta claſſe ipa quoqꝫ terga ho-
ſtium cederenẽ. Primum aduerſus Cantabros ſub menibus Bel-
gice ꝑliatus eſt. Hic fuga i eminẽtiſsimũ Vinnium montẽ: qua
maria prius Oceani: q̃ arma Romana aſcenſura eſſe crediderat
Tertio Arracillũ oppidum magna ui repugnat: captum tamen
poſtremo fuit. Medulli montis obſidio/quẽ perpetua. xv. miliũ
foſſa cõpræhenſum cinxit undiqꝫ ſimul adeũte Romano: poſtq̃
extrema Barbari uidẽt. certatim igne/ferro/iter epulas ueneno-
qꝫ qđ ibi uulgo ex arboribus Taxis exprimiẽ percepere mortẽ:
ſeqꝫ pars maior a captiuitate quæ uidebaẽ uidicauere. Hæc per
Antiſtium: Firmiũ: Agrippam: legatos hibernans i Taraconis
maritimis Cæſar accepit: Ipſe ꝑſens hos deduxit mõtibus: hos
obſidibus adſtrinxit. hos ſub corona iure belli uendidit. Digna
res lauro: digna curru ſenatui uiſa ẽ. & Cæſar tantus erat: ut poſ-
ſet triũphos contẽnere. Aſtures ꝑ idem tẽpus ingenti agmine a F
mõtibus ſuis deſcẽderant: nec temere ſumptus: ut Barbaris ipa-
res & poſitis caſtris apud Scurã flumen trifariam diuiſio agmi-
ne. tria ſimul Romanorꝫ caſtra aggredi parant. fuiſſet & anceps
& cruentũ: & utinã mutua clade certamẽ: tunc tã fortibus. etiam
ſubito. tam cũ conſilio ueniẽtibus niſi Drigecini ꝓdiſſent. a qui-

bus p̄monitus Cariſius cũ exercitu adueniens oppreſsiſſet con/
ſilia, Sic tamẽ quoq̃ non incrueto certamĩe Reliquias fuſi exer/
citus ualidiſsimi/ciuitas Lancia excepit: Vbi loci adeo certatum
eſt, ut in captã urbem faſces poſcerent/egre dux ĩpetrauit ueniã:
ut uictoriæ Romanæ ſtans potius eſſet q̃ incenſa monumentũ.
Hic finis Auguſto bellicoꝝ certaminũ fuit. idem rebellãdi finis
Hiſpanie: Certa mox fides & æterna pax cũ ipſorum ĩgenio in
pacis partes promptiore & cũ conſilio Cæſaris: q fiduciam mõ/
tium timẽs: in quos ſe recipiebãt/caſtra ſua ſed q̃ in plano erant
habitare & in colere iuſsit. ingẽtis eſſe conſilii illud obſeruari ca
G put. Natura regiõis circa ſe oĩs aurifera Miniiq̃ & Chryſocollæ
& alioꝝ colorum ferax: igit̃ exerceri ſolum iuſsit. ſic Aſtures la/
tentes in ꝓfundo opes ſuas atq̃ diuitias. dũ aliis querunt noſſe
cœperunt. Oĩbus ad occaſum & meridiẽ pacatis gẽtibus: ad ſep
tentrionẽ quoq̃ dũtaxat intra Rhenum atq̃ dãnubiũ. Item ad
orientem ĩtra Eurũ & Euphratem: Nilũ quoq̃. Reliqui q imu/
nes impii erant: ſentiebãt tñ magnitudinẽ: & uictoriã gentium
Populi Romani reuerebãtur. nam & Scythæ miſere legatos: &
Sarmatæ amicitiã petẽtes Seres etiã/habitãteſq̃ ſub ĩpo ſole In/
di cum gẽmis & margaritis elephãtos quoq̃ ĩter munera trahẽ/
tes nihil magis q̃ longinqtatẽ uiæ imputabãt: q̃drienniũ imple/
uerant & tñ ipſe hoĩum color ab alio uenire ſole fatebat̃. Parthi
quoq̃ q̃ſi uictoriæ pœniteret rapta clade Craſsiana ultro ſigna
retulere. ſic ubiq̃ cuncta atq̃ cõtinua totius generis humani aut
pax fuit: aut pactio: Auſuſq̃ tandẽ Caius Auguſtus ſeptĩgenteſi
mo ab urbe condita anno Ianum geminũ claudere. bis ante ſe
clauſum ſub Numa rege: & uicta primũ Carthagĩe. hinc cõuer/
ſus ad pacẽ: pronũ in oĩa mala & in luxuriam fluens ſæculũ/gra
uibus ſeueriſq̃ legibus multis coercuit: ob hæc tot facta ingẽtia
dictator perpetuus: & Pater patriæ. Tractatũ etiam ĩ ſenatu an
quia condidiſſet imperium Romulus uocaretur? ſed ſanctius &
reuerentius uiſum eſt nomen Auguſti/ut. ſ. iam tũ dum colit ter/
ras ipſo nomine & titulo conſecraretur.

Impreſſum Vienne p̄ Ioãnem Winter. 1511. 12. kalen. Auguſ.

Landesbibliothek Karlsruhe